



Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Cisterciensis Ordinis

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

27. Vt Dator Pannorvm In primis aequalitatem seruet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11259

Ius frater remanens pelles perenniter , aut
pelliciam , vel aliquid tale , quod ad usum
corporis pertineat , etiamque cooperto-
rium , nisi agnorum vel arietum habeat .

VT VETVSTA ARMIGERIS 24.
diuidantur.

Procurator vel dator pannorum omni
obseruatia veteres semper armigeris & cli-
entibus , & quandoque pauperibus fideliter
æqualiterque erogare intendat .

CVPIENS OPTIMA , D E T E - 25.
riora habeat.

Si aliquis frater remanens ex debito aut
ex motu superbiæ , pulcra vel optima habe-
re voluerit , ex tali præsumptione , procul
dubio viliissima merebitur .

VT QVANTITAS ET QVALITAS 26.
vestimentorum seruetur.

Quantitatem secundum corporum ma-
gnitudinem largitatemque vestimentorum
obseruare oportet : dator pannorum sit in
hoc curiosus .

VT DATOR PANNORVM IN 27.
primis æqualitatem seruet.

Longitudinem , ut superius dictum est ,
cum æquali mensura , ne vel susurrorum vel
comminatorum aliquid oculus notare præ-
sumat , Procurator fraterno intentu cõide-
ret ,

ret, & in omnibus supradictis Dei retrictionem humiliter cogitet.

28. DE SUPERFLVITATE CAPILLORVM.

Omnes fratres, remanentes principali-
ter, ita tonsos habere capillos oportet, vt
regulariter ante & retrò, & ordinatè, con-
siderare possint; & in barba, & in grennio-
nibus eadem regula indeclinabiliter obser-
uetur, ne superfluitas aut faciei vitium de-
notetur.

29. DE ROSTRIS ET LAQUEIS.

De rostris & laqueis manifestum est es-
se gentilicium. Et cùm abominabile hoc
omnibus agnoscatur, prohibemus & cōtra-
dicimus, vt aliquis ea nō habeat, imò pror-
sus careat. Alijs autem ad tempus famulan-
tibus, rostra & laquea, & capillorum super-
fluitatem, & vestium immoderatam longi-
tudinem habere non permittimus, sed om-
nino contradicimus. Seruientibus enim
summo Conditori, munditia interius ex-
teriorisque valde necessaria, eo ipso attestan-
te, qui ait: Estote mundi, quia ego mundus
sum.

**30. DE NVMERO EQVORVM ET
ARMIGERORVM.**

Vnicuique vestrorum militū tres equos
lacet habere: quia domus Dei, templique
Salor-